

HOLY SEE PRESS OFFICE
OFICINA DE PRENSA DE LA SANTA SEDE



BUREAU DE PRESSE DU SAINT-SIEGE
PRESSEAMT DES HEILIGEN STUHLS

BOLLETTINO

SALA STAMPA DELLA SANTA SEDE

N. 0544

Sabato 06.09.2008

Pubblicazione: Immediata

Sommario:

◆ **LE UDIENZE**

◆ **LETTERA DEL SANTO PADRE ALL'INVIATO SPECIALE ALLE CELEBRAZIONI DEL MILLENNIO DEL PELLEGRINAGGIO IN ONORE DI NOTRE-DAME DU SAINT-CORDON (VALENCIENNES, FRANCIA, 14 SETTEMBRE 2008)**

◆ **LETTERA DEL SANTO PADRE ALL'INVIATO SPECIALE ALLE CELEBRAZIONI DEL IV CENTENARIO DELLE APPARIZIONI DELLA BEATA VERGINE MARIA A ŠILUVA (LITUANIA) (13-14 SETTEMBRE 2008)**

◆ **AVVISO DI BRIEFING**

◆ **LE UDIENZE**

LE UDIENZE

Il Santo Padre ha ricevuto questa mattina in Udienza, nel Palazzo Apostolico di Castel Gandolfo:

S.E. il Signor Traian Basescu, Presidente della Repubblica di Romania, con la Consorte, e Seguito;

Ecc.mi Presuli della Conferenza Episcopale di Nicaragua, in Visita "ad Limina Apostolorum":

S.E. Mons. César Bosco Vivas Robelo, Vescovo di León en Nicaragua;

S.E. Mons. Jorge Solórzano Pérez, Vescovo di Matagalpa;

S.E. Mons. Paul Ervin Schmitz Simon, O.F.M. Cap., Vescovo tit. di Elepla, Vicario Apostolico di Bluefields con il Vescovo Ausiliare e Vicario Delegato:

S.E. Mons. David Albin Zywiec, O.F.M. Cap., Vescovo tit. di Giru di Marcello.

Il Papa riceve questa mattina in Udienza:

Gruppo degli Ecc.mi Presuli della Conferenza Episcopale di Nicaragua, in Visita "ad Limina Apostolorum".

[01371-01.01]

LETTERA DEL SANTO PADRE ALL'INVIATO SPECIALE ALLE CELEBRAZIONI DEL MILLENNIO DEL PELLEGRINAGGIO IN ONORE DI NOTRE-DAME DU SAINT-CORDON (VALENCIENNES, FRANCIA, 14 SETTEMBRE 2008)

In data 12 luglio 2008, il Santo Padre ha nominato l'Em.mo Card. Godfried Danneels, Arcivescovo di Malines-Bruxelles, Suo Inviato Speciale alle celebrazioni che avranno luogo a Valenciennes (Francia) il 14 settembre 2008, nel millennio del pellegrinaggio in onore di *Notre-Dame du Saint-Cordon*.

Il Cardinale Invito Speciale sarà accompagnato da una Missione composta dai seguenti ecclesiastici:

- Rev.do Sac. Bruno Feillet, Rettore della Basilica *Notre-Dame du Saint-Cordon* e Parroco *in solidum* della Parrocchia di *Saint-Jean Baptiste de l'Escaut*.

- Rev.do Sac. Dominique Foyer, Direttore del servizio diocesano dei pellegrinaggi, Docente di Teologia alla Facoltà di Lille e Difensore del vincolo.

Pubblichiamo di seguito la Lettera del Santo Padre all'Em.mo Card. Godfried Danneels:

• **LETTERA DEL SANTO PADRE**

Venerabili Fratri Nostro
GODEFRIDO S.R.E. CARDINALI DANNEELS
Archiepiscopo Mechliniensi-Bruxellensi

Complura per orbem terrarum religiosa documenta superesse satis novimus, quae fidelium pietatem ac praesertim Beatae Mariae Virginis sollicitudinem palam ostendunt, unde superna adiumenta in fideles universos profluunt. Ita enim, ecclesialis communitas populi sermone patrio dicti Valenciennes, in Gallia, et cum ipsa omnes fideles dioecesis Cameracensis laetanti ferventi gratoque animo promptos se exhibent ad millennium sollemniter colendum, ex tempore quo, prout in eorum annalibus traditum est, miranda res accidit, cum nempe populus ille, Beatissima Virgine Maria intercedente, gravi pestilentia est ereptus. In memoriam quidem huius successus christifideles purpureo vallo populum circumdederunt, uti liberationis sibi collatae signum, quem circum quotannis piam suscipiunt peregrinationem, Deiparae Virginis simulacrum ferentes eandemque sub titulo Dominae Nostrae dictae du Saint-Cordon invocantes.

Decet igitur et admodum oportet ut eventus hic congruenter commemoretur et optimo iure extollatur. Hae enim celebrationes copiam dabunt et facultatem non huius rei dumtaxat memoriam repetendi, verum etiam animos ad ferventiorum religionis sensum, firmiorem fidem certioraque proposita permovendi.

His perpensis rationibus, Venerabilis Frater Franciscus Garnier, Archiepiscopus Cameracensis, a Nobis postulavit ut ad personam Nostram illic gerendam sacer Praesul constitueretur, qui Nomine Nostro ritibus praeesset celebritatibusque. Quapropter hisce datis Litteris Te, Venerabilis Frater Noster, cuius iam pridem cognovimus doctrinae integritatem, solidumque percepimus studium cunctos fideles ad tam suavissimam Matrem propius usque adducendi, MISSUM EXTRAORDINARIUM destinamus ac renuntiamus, ut quarto decimo die proximi mensis Septembris in dioecesi Cameracensi Nostro nomine et auctoritate sollemnibus illis

sacris praesideas et omne genus celebrationibus quae in tanto ecclesiali eventu peragentur. Partes ergo Nostras ibidem convenienter ages Nostramque significabis salutationem et per spiritum praesentiam. Et in hac sacra exsequenda missione christianum populum ad pleniorum in Virginem Immaculatam pietatem adhortaberis, suaviter benignitatemque ipsius patefaciendo, ita ut humilitatem fidemque ancillae Domini respicientes, graviore titulo beatam dicant eam omnes generationes (cfr *Lc* 1, 48).

Benevolentiam insuper Nostram aperte declarabis, dum pariter munifico Domino preces fundimus ut caelestibus muneribus omnes illic adstantes cumulet et Sanctissima Dei nostraque Mater veluti fulgidum exstet sidus, istum dominicum gregem illuminans eiusque fidem adaugens. Missionem hanc dum fidenti animo Tibi committimus, omnem Nostram propensam erga Te voluntatem testamur et iam nunc Nostris Te comitamur precibus.

Nostram tandem Apostolicam Benedictionem sacris Presulibus, universo clero, fideli populo et cunctis huius sollemnis commemorationis participibus deferat largiter velimus, quae sit caelestium gratiarum nuntia et felicitatis aevi certum documentum.

Ex Aedibus Vaticanis, die III mensis Iulii, anno MMVIII, Pontificatus Nostri quarto.

BENEDICTUS PP. XVI

[01372-07.01] [Testo originale: Latino]

LETTERA DEL SANTO PADRE ALL'INVIATO SPECIALE ALLE CELEBRAZIONI DEL IV CENTENARIO DELLE APPARIZIONI DELLA BEATA VERGINE MARIA A ŠILUVA (LITUANIA) (13-14 SETTEMBRE 2008)

In data 21 agosto 2008, il Santo Padre Benedetto XVI ha nominato l'Em.mo Card. Joachim Meisner, Arcivescovo di Köln, Suo Inviato Speciale alle celebrazioni del IV centenario delle apparizioni della Beata Vergine Maria a Šiluva (Lituania), che avranno luogo il 13 ed il 14 settembre 2008.

Il Cardinale Inviato Speciale sarà accompagnato da una Missione composta dai seguenti ecclesiastici:

- Rev.do Sac. Robertas Grigas, Direttore Nazionale della *Caritas* Lituana;
- Rev.do P. Lionginas Virbalas, S.J., Sotto-Segretario della Conferenza Episcopale Lituana.

Pubblichiamo di seguito la Lettera del Santo Padre all'Em.mo Card. Joachim Meisner:

• LETTERA DEL SANTO PADRE

Venerabili Fratri Nostro
Joachimo S.R.E. Cardinali Meisner
Archiepiscopo Coloniensi

Quadragesimus iam appetit annus ex quo tempore Dei Mater Šiluvae in Lituania apparuisse perhibetur. A media inde aetate hoc in solo evangelicus nuntius coeptus est diffundi ac Salvatoris beneficia feliciter propagari. Inibi postea templum sub Nativitatis Beatae Mariae Virginis vocabulo est aedificatum, quo fideles confluere possent, superna adiumenta cum corporis tum spiritus fidenter petitori. Anno autem MDCVIII ipsa Deipara quibusdam pastoribus apparuisse fertur atque inde catholicum nomen novum evulgationis repperit impetum. Sed subsequentibus saeculis quaedam ibi evenerunt incommoda iniquaque, quae religioni catholicae omnino aversabantur.

Hodiernis temporibus res in melius sunt versae atque Lituaniae gentes a Vincentio S.R.E. Cardinali Sladkevičius Ecclesiae Matri tutelae sunt commissae, quam rem etiam veneratus Decessor Noster Ioannes Paulus II praesens solidavit.

Aequum igitur est, Venerabilis Fratris Sigitas Tamkevičius, S.I., Archiepiscopi Metropolitae Kaunensis ceterorumque Lituavorum Episcoporum suasu inductoque, ut quarta centenaria illo ab eventu memoria diebus potissimum XIII-XIV mensis Septembris congrua sollemnitate recolatur. Celebratio enim haec copiam dat et facultatem non huius rei dumtaxat memoriam repetendi, verum animos ad ferventiorum religionis sensum permovendi.

Quocirca ut ritus hic magnificentius efficaciusque evolvatur, mittere aliquem eminentem virum statuimus, qui partes Nostras sustineat et personam agat. Ad te autem, Venerabilis Frater Noster, cogitationem convertimus, qui prorsus idoneus occurris ad ministerium hoc praestandum et luculenter explendum. Itaque permagna moti affectione, te, Venerabilis Frater Noster, **Missum extraordinarium** renuntiamus et constituimus ad celebrationem quam supra diximus agendam.

Universis participibus hominibusque inibi omnibus animum Nostrum sollicitum ostendes, qui Mariali studio incitati, spiritualibus fructibus repleti, renovato fervore pietatem probandaque opera persequantur. Nostro denique nomine Nostraque auctoritate Benedictionem Apostolicam impertias volumus, quae sit certum caelestis praesidii signum auspiciisque supernarum gratiarum.

Ex Aedibus Vaticanis, die III mensis Iulii, anno MMVIII, Pontificatus Nostri quarto.

BENEDICTUS PP. XVI

[01373-07.01] [Testo originale: Latino]

AVVISO DI BRIEFING

Si informano i giornalisti accreditati che **martedì 9 settembre 2008**, alle ore **11.30**, nell'*Aula Giovanni Paolo II* della Sala Stampa della Santa Sede, P. Federico Lombardi, S.I., Direttore della Sala Stampa della Santa Sede, terrà un **Briefing** per illustrare il **programma del Viaggio Apostolico del Santo Padre in Francia in occasione del 150° anniversario delle apparizioni di Lourdes (12-15 settembre 2008)**.

[01379-01.01]

[B0544-XX.01]
